

640 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

Vers. 47. *Videte quoniam non solum mibi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem.*

ARGUMENTUM.

Operis Epiphonema, sive Conclusio.

Cum totum hoc caput nobilissima quædam sit panegyrica oratio, qua seipso Christus ac Deipara majori ex parte diludant; cumque sit etiam quoddam mysteriorum fidei summarium, ubi quid credendum, quid sperandum, quid amandum, compendiosè exprimitur; concluditur tandem his postremis verbis, eò planè tendere totum hoc opus & laborem, non tantum ut Iesus, & Maria suæ propriae gloria, Ecclesiæque Orthodoxa præcones ex ente pro acquirenda ampliore sibi gloria, sed etiam ut nobis valde sint comoda, qui veritatem ipsam fecerint, quasi non sibi solis studuerint, & vacaverint, sed & aliis laboraverint, & consulerint.

Textus enodatio, & illustratio.

De Christo ac Tigurina.

Tigurin. 2412 **T**igerina vertit: *Videtis non solum mihi laborasse me, sed omnibus sapientiam querentibus.* Camerarius verò: *Solum pro me non labore, sed pro omnibus, qui sitiunt sapientiam.*

Hæc verba, sicut & proximè ante lapsa, nonnulli putant quasi dicta à Siracide ipso, post interlocutionem Sapientiæ à se induc tam. Quasi dicat (inquit Jansenius,) Cognoscite ex hoc scripto elaborato, quod in quærenda Sapientia non mihi soli laboravi, ut faciunt illi, quibus sati est, multa, quæ Sapientia sunt, invenisse, nec student ea aliis scribendo aut docendo communicare; sed laboravi omnibus exquirentibus veritatem, dum quæ ad Sapientiam pertinentibus assecutus sum, tam studiosè omnibus scripto relinquere non sum gravatus. Istud subiectum ut sua diligentia Lectorem excitaret ad studiosam horum lectionem, tum ut suo exemplo provocaret ad libenter docendum alios.

Applando tamen Palacio, & aliis ei assentientibus, & hæc accipientibus ut dicta à Sapientia Dei incarnata. Nullum grandius epiphonema (ait Palacius) ferè potuit à Sapientia dici. O mortalis, veni in mundum! ô quām in eo laboravi! laboravi porrò in gloriam Patris, & in communum vestrum, si veritatem inquiratis. Ne committatis ergo, ut ego frustrer proposito meo, & nos tanto commodo vestro.

2413 Etenim, si attente expendantur nostra totius capituli, & singulorum versuum acoluthia, ordo, series, & argumentum; nec non illorum enodationes & illustrations; omnia abundè ac dilucidè nobis depraedant irrequietos Jesu ac Jesuparæ labores, indefessam curam, & ardentissimum studium in humanae salutis negotio efficaciter tractando, & feliciter absolvendo. Si enim animum intendas ad illud tempus, quod ante Dominicæ Incarnationis opus præcessit; certè, vel à mundi creatione, quodam modo elaborate ce-

sensus verorum genitium.

Palacius.

Omni tempore, vel à mundi exercitio laboraverunt pro nobis Christus & Deipara.

perunt Christus & Deipara, primò in ipsa totius orbis fabricatione, molitione, directione, gubernatione: de quo Siracides à V. 5. usque ad 11. Secundo, in Populi Israelitici electione, & moderatione; de quo à V. 12. ad 15. Si verò tempus consideres, quo inter mortales vixerunt Incarnata Sapientia, & illius Genitrix; ô quot labores, fudores, dolores, & tormenta subiere pro hominum salute! Si autem de eo tempore loquamur, ex quo ad summam Beatiitudinis gloriam evecti sunt; profectò etiam ac deinceps usque ad mundi exitum labore dixeris Iesum & Mariam; eti laboris & fatigationis nescius status eorum sit. Laborat Filius, labora Mater, non lassitudine & fatigatione, sed studiofa, sedula arque indefessa operatione, qua solerter procurant es militantis Ecclesiæ negotia fidei dilatationem, peccatorum conversionem, & fidelium omnium progressus. Ut enim Arnoldus Carnot, in Tract. de Laudib. Mariæ: *Dividunt coram Patre Arnoldus: inter se Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus munium redemptoris humanae negotiorum.* Quæ omnia dilucidè pertrat Siracides à v. 16. usque ad finem capituli. Ut subinde appareat, quo jure concludat Christus & similiter Deipara: *Videte quoniam non solum mibi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem.*

Moralis illustratio.

SECTIO XII.

Sapiens Homo est laboriosissimus, qui & sua, & aliorum saluti laborare debet: sic plusquam Homo reputabitur; & pro virili Deum ipsum emulabitur.

2414 Rande utique corporatæ Sapientiæ elogium, quo nihil grandius afferri poterat pro coronide suarum laudum: nempe non sibi dumtaxat, sed & omnibus laborasse: ut hoc esset sua divinitatis argumentum; ac norma Sapientibus daretur & propriæ & alienæ saluti laborandi. Est enim in primis Sapiens quisvis, *Homo laboriosissimus;* quandoquidem pro acquirenda Sapientia, ad intellectus & voluntatis culturam, innúmeras subire difficultates, maximos exantlare labores, omnino opus est. Vel ipsa Incarnata Sapientia, cui ex vi sua processiois communicati sunt omnes divina scientiæ thesauri, non se sapientem manifestat, quin & suum publicet laborem: *Videte quoniam non solum mibi laboravi.* At, quis hic labor? & quando illum subiisse dicendum Dei Filius?

2415 Paulus explicat ad Hebræ. 5. 8. Et Ad Hebræ quidem, cùm esset Filius Dei, didicis ex iis, 5. v. 8. que pafius est, obedientiam. Certè, vel à puncto Incarnationis sic ediscere cepit usque ad Crucis necem; quia ex tunc pafius est. Obedientiam didicis novo quodam & exactiori modo, eò quòd illum expertus re ipsa sit. De quo ipse apud Iaiam 50. 4. Dominus Iai. 50. 4. dedit

Pars V. ad V. 47.

641

erat, ideò Halmographus æternæ Christi generationi ad sociavit Crucis labores, sine quorum objectiva persepsiōne neque ipse Dei Filius sapientissimus evasit. Quæ perinde sit, sapientem esse, & multū laborare.

2416 Sic monebat sapientissimus Salomon Eccl. 2. 18. Qui addit scientiam, addit & laborem. Alii vertunt: addit & dolorem. Tigurina: Qui auget scientiam, simul auget quod eum cruciet. Quod Vaabulus explicat: Qui Vatab. conatur admodum sapient fieri, id non consequetur sine gravissimo labore. Aquila vertit: addit & tormentum. Ubi S. Hieronymus significari putat, sapientiam non nisi per tormenta quadam, & intolerandum laborem jugi meditatione, & studio provenire. Hugo Cardinalis bono auctu ita explicat: Sive homo sit, sive Deus, qui addit scientiam, addit & laborem. Pro adip. Quod eo modo intelligendum est, quo jam scenda & declaravimus. Vides pro adipiscenda, pro angenda sanguinem adaugenda sapientia labores, dolores, cruciatus, tormenta necessariò subeunda? Testes sapientiæ candidati: testes literati Magistri, Doctores, Scriptores. O quām laborant die nocte in sapientiæ studiis! ô quām acerbem, sic emenda, bē torquetur mens ad extorquendas veritates, libros evolvendo, impensè attendendo, attente discursando! ô quām valetudinis exhauiunt, quantum sanguinis profundunt, quantum spiritus exhalant! Emendam sapientiam Salomon dixit Prover. 4. 5. Posside sapientiam. Hebræc. Eme sapientiam. Et c. 23. 23. Veritatem eme. Nihil sapientiæ pretiosius: & nullo alio pretio emenda, nisi omni studio, omni labore, affiduè incumbendo in litteras. Vel usque ad vitæ dispendium. Videſ nosſ Didacum de Celada in cap. 11. Judith. §. 59. ubi quo sole exquisito acume probat, Hominem litteratum scientiæ esse animal bajulum, & sapientiæ Martyrem: & Paulum Sherlogum in cap. 1. Cant. vestigatione 6. sec. 2. in qua argutè suadet, difficultum tolerant adeptam iri sapientiam.

2418 Rursus, sapiens non sibi dumtaxat, sed & omnibus laborare debet: *Videte quo sibi tantum, sed omnibus exquirentibus veritatem.* Sibi soli sapiens ille laborat, qui sibi soli confulit, & vivit, neque alii prodest, in eos sapientiam suam derivando. De quo Siracides noster c. 20. v. 32. Eccl. 20. Sapientia abſonſa, & theſauri inviſus, qua utilitas in utriſque? Quæ dicat: Perinde est sapientia abſcondita, atque occultus & incognitus theſaurus, inutilis omnino cùm nullus uſi sit: sapiens, qui sapientiam suam alii non communicat, ad instar avarissimi hominis est, qui theſaurum à natura, & à Deo datum ad uſum abſcondit. Si enim (Gregorius audis 3. p. Paſtoral. Admonit. 12.) indigentibus proximis ipſi, quas habent pecunias abſcondere, adjuvares procul dubio calamitatis extitissent. Quo ergo reatu confringatur, apicant, qui dum peccantibus fratribus verbum predicationis subtrahunt, morientibus vita remedia abſcondunt. Unde & bene sapiens dicit: *Sapientia abſcondita, & theſauri inviſus, qua utilitas in utriſque?*

2419 Mittens ad prædicandum Christus Sapientia quos designavit septuaginta duos Discipulos, non ſit ſicut ſic eos arcane monuit Luc. 10. 4. Nolite porſaculo clausa. Quid hoc? Praeclarè explicat ſic. idem Gregorius Homilia decima septima in Luc. 10. 4. Evangelia. In ſacculo pecunia clauſa eſt; peſ. S. Gregor. H h h 3 cunia

642 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

S. August. *Eroganda est nra aqua ex fonte.*

Matth. 25. *Parabola talentorum.*

Pf. 11. 7.

S. Hieron.

Origen.

Prov. 11.

26.

Maledicatur

qui ab eo

condit frumenta

sapientie

qui vero illa

communi-

cant bene-

dicetur.

S. Greg.

Cunia verò clausa est sapientia occulta. Qui igitur sapientiae verbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Unde scriptum est: Sapientia abscondita est, &c. Et argutè S. August. serm. 43. de Sanctis. Quid est, Nolite portare sacculum? Nolite fieri sapientes penes vosmetipos. Accipite spiritum sanctum. Fons in te debet esse, ubi erogatur, non ubi includitur. Quod spectat parabola talentorum Matth. 25, ubi qui talentum accepérat, & otiosum illud habuerat sudario involutum, & terra defossum, mutatatur à Domino in desidiae & imprudentiae poenam. Tollite ab eo talentum. Inuilem servum ejicite in tenebras exteriores. Bellè & verè multi ex Patribus sentiunt hinc talentis Evangelium designari, sive sapientiam Evangelicam, qua sapientibus exponenda, atque evulganda in animarum salutem committitur. Sunt qui per unum talentum portendi existimant totam sacram Scripturam, cuius intelligentia preioſa est ad instar & magni valoris monetæ, cælitus illi data non ad propriæ solū, sed ad alienæ salutis lucrum. De quo David Ps. 11. 7. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, &c. Ad quæ verba, & ad præsentem parabolam rectissime S. Hieronymus. Dares pecuniam meam, sive argentum nummularius: utrumque enim argyron Græcus Sermo significat: Eloquia Domini, eloqua casta, argentum igne examinatum. Pecunia ergo & argentum prædicatio Evangelii, & sermo divinus est, qui dari debuit nummularius, id est, cunctis credentibus. Jure igitur optimo servus ille desidiosus & imprudens male audit apud Dominum suum, & acerbè mulctatur, quia acceptam pecuniam inuilem, inanem, & quasi mortuam ac sepultam habebat, dum sibi dumtaxat, & non alii laborabat, cùm illam acceperit, non ut sibi soli, sed ut multis consuleret. O quantum timere debent, qui acceptum Evangelicæ sapientiae talentum ocoſum habent! Si autem (ait Origenes) displacest tibi quod dicitur, si propter quod non docuit quis judicatur, recordare illud Apostoli: Væ mibi, si non evangelizavero. 1. Corint. 9. 16.

2420 Plura apud sapientissimum Salomonem in hanc sententiam legeris, unum vel alterum preme. Proverb. 11. 26. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentem. LXX. hæc ultima verba sic efferunt: Benedictio in capite eius, qui communicat. Et in Catena Græca: Super caput distribuentis. Quod mysticè exponitur a S. Gregorio 3. p. Pastor. capit. viii. sexto, à Beda, & Salonio hic, de his qui vel abscondunt, vel communicant Evangelicam doctrinam. Frumenta abscondere (ait Gregor.) est prædicationis sanctæ apud se verba retinere: in populis autem talis quisque maledicetur; quia in solius culpa silentii pro mulorum, quos corrigere poterat, pena damnabitur. Explicans verò Salonus qua ratione vir sapiens sapientiam suam vendere possit, & multam sibi gloriam exinde acquirere, subtevit: Illi vendunt frumenta, qui verba vita suis auditoribus annuntiant. Quid pretium accipiunt ab eis? Pretium fidei, & confessionis sanctæ. Quomodo venier benedictio super eorum capitæ? Responde cum intiuui ad Parabolam talentorum proximè datam. Quia singulis eorum dicturus est Dominus: Euge serve bone & fide-

lis, quia super pauca fructu fidelis, intra in gaudium Domini tui. O quantum hoc inter utrumque sapientem differunt! Hic benediceatur, ille maledicetur: verè insipiens ille, qui sibi tantum sapit: verè sapientissimus qui & sibi, & aliis: unde subiungit Salomon v. 30. Qui suscipit animas, sapiens est. Ex Hebreo verbis: Qui capit, qui inescat, dirigit, protegit, & docet animas.

2421 Proverb. 16. 21. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens, & qui dulcis eloquio, majora percipiet. Premo LXX. translationem: Sapientes & intelligentes vocant malos, vel, attenta Græcae vocis θεωροι significatio, inuitiles, viles, ignavos. Sic vocantur sapientes, qui sibi soli sapient, & detractant laborem docendi alios. At qui alii sapient, & ex corde in os ad alienam salutem sapientiam derivant sapienti ac suavi eloquio, majora percipient. Quod Beda sic elucidat: Qui sapientiam catholicæ fidei docte prædicare, & contra Hæreticos defendere novit, majora laboris ampliora præmia percipiet. Quid mirum, si non tantum sibi, sed & aliis laborat? Pende etiam verba c. 13. 14. & c. 15. 7.

Expende illud divini Sponii colloquium ad Sponianam suam hominum sapientiam Ecclesiast. Cant. 8. 13. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam. Symmachus legit: Qui sedetis in hortis: id est, in amoenitate scripturarum, ut explicant Rupert. Honorius, & alii. Unde Chaldaeus: Quæ habitas in domo doctrinae: audire fas legem, vocem sermonum tuorum. Quasi dicuntur: Nolo ut tibi soli labores & sapiens sis: Lex Domini (addit Rupertus) in ore tuo sit prædicando: ut sic alii labores, in illorum salutem incumbendo.

2422 Gen. 1. 1. describens Moyses primam creaturarum omnium emanationem, confitissimò ait: In principio creavit Deus cœlum & terram. Ubi magni Ecclesiæ Proceres, in principio, explicant in Dei Filio, in Christo, in Dei Sapientia. De qua Pf. 103. Ps. 103. 24. Omnia in sapientia fecisti, id est, in Filio, in Christo. Quod Joannes dixit c. 1. 2. Joan. 1. 2. Omnia per ipsum facta sunt: quasi per ideam & sapientiam. Sed quid, quælo, est quod Dei Sapientie, five sapientissimo Filio signatum attribuatur rerum omnium conditio?

Cur Christo aeterno Dei sapientia attributatur rerum omnium molitus. Christi predicatorum, per quam hominibus suam communicavit sapientiam illum Dei Filium demonstrat.

Nonne divinae omnipotentiae & bonitatis tanha hæc molitus est? Nonne opus etiam primæ ac tertiae Triados personæ? Est plane: non enim id negatur Patri, & Spiritui sancto, sed Filio conceditur per singularem quamdam appropriationem, quia sapientia, quia sapientissimus est ex vi sua processionis: est autem sapientia, & sapientis proprium, non sibi solum sapientem esse, sed suam aliis sapientiam communicare. Atque hoc illud est, quod Siracides ajebat c. 1. Fons sapientiae Eccles. Verbum Dei in excelsum, &c. effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem. Quasi dicat: Dei Filius & Verbum, quia sapientissimus est, instar scaturientis fontis etiam est, effundens sapientiam suam in omnes creature, præfert rationales. Intende oculorum aciem quantum maximè intendi potest, in infinitam propè totius Orbis molem; nihil omnino repieres, in quo non resplendet mirifice indita Dei sapientia, & instar torrentis copiosissime effusa. Non sibi dumtaxat sapiens est, sed & omnibus, pro singulorum captu sapientiam eis distribuens. Ideò noluit ut prius mente conciperemus eum ut sapientem personalem, ut infinitè sapientem, quam audiendum ipsius prædicationem, per quam ipse & per se & per alios suam omnibus munificissimè communicabat sapientiam, ut aeternus æterni Patris Filius sapientissimus. Bene quidem, & optimè Beda in c. 1. Marci. Aptè Marcus, qui librum suum ab initio Evangelica prædicationis inchoabat, Filium Dei magis appellare voluit Jesum Christum, quia divina fuit potentia Evangelium mundo prædicare. Ut subinde ratum, firmumque maneat, sapientes Ecclesiæ viros, qui non tantum sibi, sed & aliis sapientes sunt in animarum conversionem & culturam impensè incubendo, hos quidem non homines esse reputandos, sed Deos, ut qui sapientissimum Dei Filium pro virili æmulentur.

Pars V. ad V. 47.

643

Marcus, externum nullum divinæ Christi naturæ afferi posse firmius argumentum, quam diuernam ipsius prædicationem, per quam ipse & per se & per alios suam omnibus munificissimè communicabat sapientiam, ut aeternus æterni Patris Filius sapientissimus. Bene quidem, & optimè Beda in c. 1. Marci. Aptè Marcus, qui librum suum ab initio Evangelica prædicationis inchoabat, Filium Dei magis appellare voluit Jesum Christum, quia divina fuit potentia Evangelium mundo prædicare. Ut subinde ratum, firmumque maneat, sapientes Ecclesiæ viros, qui non tantum sibi, sed & aliis sapientes sunt in animarum conversionem & culturam impensè incubendo, hos quidem non homines esse reputandos, sed Deos, ut qui sapientissimum Dei Filium pro virili æmulentur.

2423 Subinde, orthodoxus sapiens, qui hanc Christi munificiam imitatur, suam proprie sapientiam aliis communicans, certè plus quam Homo est, pro virili Deum ipsum æmulatur. Matth. c. 1. 1. sic inchoat Evangelium suum: Liber generationis Iesu Christi Filius David, &c. Marcus verò ita: Initium Evangelii Iesu Christi Filii Dei. Ut vides, ille à temporali Christi generatione secundum carnem exordium caput: hic autem ab æterna, per quam ut notionalis sapientia à Patre procedit, anticipatur. Ille humanam Christi naturam commendat, hic divinam reveretur. Quid hoc? & quæ hujus differentiæ ratio? Respondet S. Remigius in Catena S. Thomæ; ab Evangelista Matthæo Progenitores Christi statim recenserunt, & humanam ab illis naturam suscepunt, quia non phantasticum, sed verum illum esse hominem probare nesciebatur contra Valentini & aliorum hæresim: at verò Marcus, cum verum illum Deum probare contenderet adversus Euomium & alios id negantes, ab æterna illius generatione exorditur. Has ergo hæreses (ait Remigius) in principio Evangelii sui Evangelista destruit: nam Matthæus, cùm narrat eum duxisse originem per Reges Iudeorum, verum hominem eum ostendit: Marcus autem, cùm ait: Initium Evangelii Iesu Christi Filii Dei, manifestat eum ante omnia secula semper fuisse Deum. Benè hoc esto. Verum adhuc humana mens dubitat; unde nimur Matthæus, unde Marcus sua corroborent dogmata? Matthæus quidem ab humanis Christi actionibus, in quibus illico ferè totus occupatur: scilicet à conjugio Mariæ cum Joseph, à nativitate ex Materno utero, a fuga in Ægyptum, ut Herodus rabiem declinaret, à reditu ex Ægypto, ex habitatione in Nazareth, à Baptismo suscepito à Joanne, a recessu in desertum & ibi praefactis. Quid verò Marcus, ut Christi divinitatem confirmet, quam persuadere nititur? Certè non aliunde roboret, nisi a suscepta Evangelicæ expeditionis provincia, per quam Christus immensos suæ infinitæ sapientie thefauros hominibus amicè patefecit, & largissimè erogavit. Unde statim post præfixa illa verba, Initium Evangelii Iesu Christi Filii Dei, agit Evangelista de Baptiste prædicatione, qui vox clamantis Christi Domini erat: & narrat quomodo Christus venerit in Galilæam prædicens Evangelium regni Dei: necon opportunam Apostolorum electionem, ut elegeret Evangelicæ sapientie buccinatores; & ferè nihil exiat in eo i. capite, & sequentibus, quod ad Evangelii prædicationem non spectet. Quasi profundè, & aptissimè putaret

Isaias 61. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588.